



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Modestus Episc. 18. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

790 VITÆ SANCTORUM. 18. Dec.  
Massiliæ exposuit. Miraculo & hæc & a-  
liæ vicinæ urbes per multæ Christo credi-  
derunt. Tum demum amoribus suis in  
silvis Magdalena vacavit, Martha san-  
ctis virginibus, Lazarus civibus Antisti-  
tes præfuerunt. Dubium ergo est Lazarus  
ne invenerit illic portum, an o-  
stenderit Gallis? certè absque Lazarus  
fuisset, naufragium in portu Massiliens  
fecissent. Ex histor. Evang. & Brev.  
Rom.

*Iusti mors ut præsentis est exitus vita*  
*introitus melioris. Bona mors, si peccata*  
*moriaris, ne justitiae vivas. Hæc mors ne-*  
*cesse est ut præcurrat; ut sequatur illa se-*ra. Dum vénis in carne, morere mundo,**  
*ut post mortem carnis Deo vivere incipias.*  
S. Bern. ep. 105.

S. MODESTUS EPISC.  
18. Decembris.

Nobiliores nemo Modestus ha-  
buit cunas. Rogas quales? carceres  
fuere, in quos ad captivum patrem vix-  
natum mater asportavit, docuitque à  
teneris Martyrem esse. Quinto à partu  
mense inter preces uterque parens inibi  
animam Deo reddidit, opulentam fi-  
lio hereditatem vincula post se relin-  
quens. At hanc invidens Maximianus  
Imp. educendum viro Senatori ordinis

112

Dec.  
ca  
edi-  
in  
san-  
isti-  
174-  
n o-  
411-  
ien-  
trev.  
eita  
ccata  
sne-  
secu-  
do,  
iis.  
  
ha-  
ceres  
n vix  
ue a  
partu  
inibi  
n fi-  
elin-  
annus  
linis  
112-  
  
18. Dec. VITÆ SANCTORUM. 791  
tradidit. Sperabat hic patris nomen; sed  
cūm primum M o d e s t u s per ætatem  
intelligere cunabula sua potuit, doluit  
scilicet vel inficum se à parentum vesti-  
giis deflexisse: & degenerem tam diu  
se putavit, quo usque fugâ Athenas de-  
latus Christianis se junxit. Hic dum sa-  
cro lustratur fonte radiantem ignibus  
columnam in caput pueri descendere  
Episcopus vidit. Cūm deinde è cive ge-  
niū malum, è sorore verò heri sui  
morbum depulisset, heredem hic Mode-  
stum cum cæteris liberis suis scripsit. At  
isti, quò potius accederet aliquid ad  
hereditatem, quam decederet, Ægyptio  
homini & à sacris nostris alieno  
adolescentem vendiderunt. Septem an-  
nos cūm servisset, è servitute Deorum  
tandem etiam dominum eripuit, & li-  
bertus Solymas abiit. Ibi demum ad  
Patriarchatus dignitatem elevatus, cūm  
veneno infectum fontem purgasset,  
fontisque incolam serpente neci, ca-  
codæmonem sub cane latrante fugæ  
dedisset, hospitioque, quin in survitu-  
tem illum dederant, coheredes illos  
suos per amanter excepisset, dignatum  
natalibus suis mortem obiit. Sed amisit  
Ecclesia, vel cælo teste tunc columnam  
suam. Imò non amisit; transtulit eò,  
ubi ipsa sese ædificat. Ex Menæis.

An non merito coronabitur, qui sic  
Ddd 4 cer-

792 VITÆ SANCTORUM. 19. Dec.  
certaverit, mundum abjiciens promitten-  
tem, irridens inimicum tentantem, &  
quod glorioſius eſt, deſeipſo triumphans &  
cruciſigens concupiſcentiam prurientem?  
S. Bern. ſerm. I. de Oīn. SS.

S. MEGENGAUDIUS C.  
19. Decembris.

**I**lla demum vera nobilitas eſt, non  
pauciores virtutes, quām ceras que  
potest numerare. Potuit MEGENGOR  
Geldriæ Comes, idemque fortissimus  
militum dux, & hoc nomine Imperato-  
ri Ottoni III. cumprimis charus. E  
conjuge Gerbirge Zutphaniensi item  
Comite cūm filias iv. filium substulif-  
ſet unicum, hunc ipsum in primo ætatis  
flore, bello Bohemico amifit. Quid ex-  
pectas? ſcilicet lacrimas vel armato Mar-  
ti exprimendas, & dignos patre gemi-  
tus? viduos matris capillos, & laceram  
planēte pectus? omnia alia audies. In  
funere filii mortuique vultu ſuum agno-  
vere parentes, hoc eſt mortalem. Ut  
que mortem lectruram maturos atate  
fructos ſuos, quæ immaturos carperet:  
ſatis oppidò jam vixiſſe parentes, qui  
vixiſſe filium aspicerent. Convalescitur  
MEGENGOR & in tuto locare im-  
pedimenta, opes, hoc eſt, in coenobio,  
cui Adelhaide filiam präfecit depone-  
re;